

von einer so verdienstlichen und dem Lande zur Ehre gereichenden, altehrwürdigen Anstalt zurückzuziehen; denn seit ihrem Einzuge in die preussischen Staaten bis auf den heutigen Tag hat die Leopoldina ununterbrochen ihren jährlichen Zuschuss bezogen, und sich ausserdem mancher Aufmunterung zu erfreuen gehabt; ist ihr auch seit October 1857 die Portofreiheit genommen, welche sie seit Jahren besessen hatte, so ist das ein Verlust, den sie mit allen andern gelehrten Körperschaften Preussens hat erdulden müssen, und in deren Entziehung wir weiter nichts erblicken, als die Aufhebung eines jener Ausnahmsgesetze und Privilegien, die freilich unsere Akademie hart trifft, doch vom staatsökonomischen Standpunkte aus nur zu loben ist. Die zweite Säcularfeier zu Wiesbaden im September 1852 traf daher die Leopoldina wieder in bester Stimmung, sich der überstandenen Krisis freudig, und vertrauensvoll in die Zukunft blickend. Die Mitglieder erkannten, dass eine Anstalt, die sich einer 200jährigen ruhmvollen Geschichte zu erfreuen habe, deren Wirksamkeit mit dem Fortschritt der gesammten Naturwissenschaft zweier Jahrhunderte so eng verknüpft sei, es wohl verdiene, der Nachwelt erhalten zu bleiben, und seit jenem Feste traten unter ihnen manche schöne Kräfte hervor, um muthig darauf hinzuwirken, das Ansehen und die Wirksamkeit der alten Akademie bestens zu erhalten und zu heben. Die Demidoff-Preise, der Anschluss des Vereins deutscher Ärzte in Paris, die Erhebung der Bonplandia zum officiellen Organ, die erhöhte literarische Thätigkeit in den Acten und in den von Kieser und Heyfelder veröffentlichten Werken, die besondere, der Akademie in England, Frankreich und Amerika gewordene Anerkennung, die Bildung eines Privat-Vereins zur Beseitigung einer oft gefühlten Anomalie u. s. w., sind so viele Belege für obige Behauptung und zugleich der Born, aus welchem wir den Muth schöpften, den deutschen Naturforschern und Ärzten den Vorschlag zu machen, die Einlagselder der Wiener Versammlung, eine Summe von über 8000 Gulden C.-M. der Leopoldina zu überweisen, ein Vorschlag, den wir in Bonn glänzend verwirklicht sahen, und den wir als eine der schönsten Früchte betrachten, welche der Kaiserl. Akademie der

Naturforscher in den Gärten der Bonplandia gereift ist. Der Beschluss in Bonn reihte sich der neueren Geschichte der Akademie als eine grossartige, ihr von Zeitgenossen aus allen Gauen Deutschlands dargebrachte Huldigung glänzend an, und der Rückblick auf dieselbe, sowie auf die ganze günstige Wendung ihres Geschickes war wohl dazu geeignet, den 208jährigen Geburtstag zu einem der erfreulichsten, ermutigendsten zu machen, den die Leopoldina seit langen Jahren gefeiert hat.

Novitiae Florae panamensis,

auctore A. Grisebach.

(Conf. Seem. Botany of the Voyage of H. M. S. Herald, p. 85. sq.)

Dilleniaceae.

1. *Tetracera volubilis* L.

Anonaceae.

2. *Anona purpurea* M. S. — Ic. Dun. Monogr. t. 2. — Fructus maximus, globosus, tuberculis pyramidalibus hexagono-obtusis undique muricatus. „Arbor 30-35 pedalis; petala extus flava, intus purpureo-lateritia“: Duchassaing.

Capparidaceae.

3. *Gynandropsis speciosa* DC.
4. *Cleome pubescens* Sims (Bot. mag. t. 1857.) — Siliqua stipitem pollicarem plus duplo superans. Accedit ad Cl. heptaphyllam L., quae (sec. specim. Meyer esseq.), stipite ovarii longe exserto conveniens, parum differt caule aculeato, foliis latioribus, corolla breviori et ovario viscoso. (Patria adhuc ignota erat.)
5. *Cl. polygama* L. — Ic. Sl. t. 124 f. 1., a qua nostra recedit foliis angustioribus lanceolatis: identica vero est cum folio a Jacq. depicta (Pl. amer. pict. t. 262. f. 73), itaque ad C. polygamam B. DC. s. C. serratam L. referenda.
6. *Capparis torulosa* Sw.: forma siliqua brevissime stipitata.

Flacourtiaceae.

7. *Trilix iraguensis* Gr. Syn. Banara Tul.

Violaceae.

8. *Jonidium parietarifolium* DC.

Polygalaceae.

9. *Polygala angustifolia* Kth. — Ic. Kth. n. gen. 5, t. 511. — Radix in nostra annua, differt vero ab affini P. cinerea W. alis obovatis emarginatis.

Trigonaceae.

10. *Trigonia laevis* Aubl. — Ic. Aubl. t. 150.

Euphorbiaceae.

11. *Acalypha villosa* Jacq. — Ic. Jacq. amer. pict. t. 240. Discrepat a caractere generis Jussiaeano non tantum antheris globosis cruciatum quadrilocularibus, verum etiam floribus masculis nudis: itaque eandem sub titulo Gymnalyphae Jacquinii (haud enim villosa dici potest) separaveram, habitu quoque duo

genera distincta sub *Acalyphis* latentia pronuntiant, altero plerasque species herbaceas bracteis excrecentibus, altero frutescentes amentis foemineis filiformibus insignes (e. c. *A. arboreum* Benth.) cohibente: jam vero flore masculo in plerisque non satis explorato et propter minutiam aegre explorando in designatione usitata acquiesco, donec aucta specierum cognitione *Gymnalypha* reviviscat. — Frutex foliis pellucido-punctatis, stipulis elongatis setaceo-linearibus deciduis. Amenta superiora mascula, elongata, interrupto-glomeruliflora, floribus sessilibus, bractea minutissima oblonga ciliolata pilis pilosae rhacheos occultata, calyce nullo, staminibus basi parum cohaerentibus sensim evolutis 8–14 (junioribus glanduliformibus), antheris filamentum subaequantibus globosis, loculis 4 axi cohaerentibus undiquaque versis longe pilosis. Amenta foeminea longissima, quandoque folium longe petiolatum superantia, floribus fasciculatim remotiusculis, fasciculis 2–5-floris, pedicellis capsulam subaequantibus; calyx minutus, 3-phyllus; capsula muricata, tricoeca (vix 1" diam.), loculis monospermis (stylis jam deciduis).

11. *Geiseleria chamedrifolia* Kl. Convenit cum specim. surinam. Kappf. nr. 1417!

12. *Phyllanthus Niruri* L.

✓ 13. *Ph. piscatorum* Kth. var. — Foliis glabris v. glabriusculis recedit a descr. Kth., convenit cum homonymo Miq. in pl. Hostm. nr. 1688!

14. *Cicca surinamensis* Miq.

Amarantaceae.

15. *Amarantus tristis* L.

Malvaceae.

16. *Pavonia spinifera* W.

17. *Hibiscus spathulatus* Garek. (Bot. Zeit. 7. p. 840). »Frutescens, 3–4-pedalis, in ripa fluminis Chagres»: Duch.

✓ 18. *Sida stipulata* Cav. — Ic. Cav. diss. 1. t. 3. f. 10. — Syn. *S. trivialis* Macf. (exclus. syn. Sl.) *S. lanceolata* Rich. cub. (non W.) ex descr. etiam huc spectare videtur.

✓ 19. *S. begonioides* Gr. caule humifuso inferne radicante foliisque pilosis, foliis obliquis e basi inaequaliter cordata ovatis acutis grosse crenato-dentatis membranaceis praeter nervos sparsim piligeros glabris, inferioribus petiolum subaequantibus, stipulis parvis lineari-setaceis, pedicellis axillaribus filiformibus solitariis petiolum subaequantibus, calyce inflato, lobis cordatis superincumbentibus mucronato-subulatis, carpidiis 5 (junioribus muticis). — »Corolla alba»: Duch.; carpidia monosperma. — Panama: Duch.

Tiliaceae.

✓ 20. *Lubea platypetala* Rich. — Ic. Rich. Fl. cub. t. 23. — Syn. *L. rufescens* Seem. ex loco (non St. Hil.): characterem speciei affinis bene notavit Rich., petalis in nostra stirpe multo latioribus, quam in brasiliensi.

21. *Triumfetta hispida* Rich. Fl. cub.

Byttneriaceae.

✓ 22. *Byttneria carthaginiensis* Jacq. — Syn. *B. lanceolata* DC. ex Seem. Fl. panam.! — Folia inferiora ovata, mediano subtus raro aculeato.

Rhamnaceae.

✓ 23. *Zizyphus heteroneurus* Gr. ramulis cylindricis petiolisque pilosiusculis glabratisque, foliis alternis ovalibus utrinque rotundatis apice emarginatis ipsaque basi acutiusculis glabris papyraceis integerimis breviter petiolatis (petiolo 3" longo) arcuerviis, venis imis suprabasilaribus oppositis (ceteris saepius alternis, spinis 2–1 juxtaepedicellaribus, utraque recta petiolum superante, floribus axillaribus numerosis fasciculatis, pedicellis calyceque rufo-pilosis petiolum subaequantibus, fructu —. — Panama in litore: Duch.

Alfiois videtur *Z. havnensis* Kth., distinctus foliis triplinerviis et venosis (nec trinerviis). — Calyx 5-fidus, patens, tubo subovato, lobis stamina alterna subaequantibus; petala disco tubum calycis claudenti ovarioque adnato inserta, convoluta-obovata, unguiculata, stamina subaequantia; stylus ed medium trifidus, lobis divergentibus.

Ampelideae.

24. *Cissus elliptica* Schlecht.

Hypericineae.

✓ 25. *Vismia glabra* R. P. »Petala alboriviridia»: Duch. — *V. panamensis* Wp. Duch.! (Walp. Dec. ur. 11.), cum Ic. Aubl. t. 311. conveniens, ad *V. guianensem* Pers. reducenda est.

Malpighiaceae.

✓ 26. *Malpighia nitida* Mill. — Syn. *M. glabra* var. acuminata A. Juss. in Seem. Fl. panam.

✓ 27. *Byrsonima Cumingiana* A. Juss. — Syn. *B. oaxacana* Gr. in pl. Oerst. (non A. Juss.) Ad veram *B. oaxacanam* A. Juss., verosimiliter a *B. Cumingiana* ej. non satis distinctam, spectat enim *B. cotinifolia* Gr. (in Linnaea, 22.) et Benth. (pl. Hartw.).

28. *Bunchosia glandulifera* Kth.

✓ 29. *Stigmaphyllon retusum* Gr. in pl. Oerst. — Syn. *St. Humboldtianum* Seem. Fl. panam.

✓ 30. *Banisteria ferruginea* Cav. sec. Seem. — Syn. *B. cinerascens* Gr. in pl. Schomb. »Arbuscula erecta»: Duch.

✓ 31. *Tetrapteris calophylla* A. Juss. var. *glabrifolia* Gr. in Mart. Fl. bras. ined. Syn. *T. calophylla* Seem. Fl. panam.

Sapindaceae.

✓ 32. *Serjania samydea* Gr. ramis angulosis petiolisque ferrugineo-pilosis, foliis biterminatis, foliolis coriaceis glabriusculis supra lucidis breviter elliptico-oblongis obtusiusculis basi cuneatis integerrimis v. versus apicem unidentatis, punctis lineolisque pellucido-punctatis, petiolo communi anguste alato v. marginato, racemis elongatis saepe paniculatis ferrugineo-tomentosis, fructu —. — Syn. *S. velutina* var. *pellucido-punctata* Seem. Fl. panam. — Alfiois *S. rubentis* Schlecht.; a *S. velutina* Camb. differt petiolo alato, foliolis glabriusculis subintegerrimis, a *S. pubescente* Kth. (quae, in Seem. Fl. panam. jam indicata, in iisdem locis lecta exstat in coll. Duchet.) punctis lineolisque more *Samydearum* pellucidis.

33. *Paullinia Cururu* L. — Ic. Plum. amer. t. 111. f. 2. — Ins. Taboga pr. Panamam.

✓ 34. *Paullinia fusca* Gr. ramis petiolisque ferrugineo-velutinis, foliis biterminatis supra pulverulentopuberulis subtus tomento brevissimo velutinis papyra-

ceis utrinque aureo-fuscescentibus, foliolis ovatis obtusiusculis grosse serratis, serraturis utrinque 3-4 obtusis, petiolo communi anguste alato, capsulis ovali-subrotundis fusco-velutinis apice emarginatis basi cuneatis et in stipitem brevem (1" longum) protractis. — Affinis videtur *P. fuscocenti* Kth. (Syn. *P. pubescens* ap. DC. sphalmata), sed petioli latius (2") alati a descriptione ejus recedunt. Semina lucida, atra, ovoideo-globosa, arillo fere semitecta, radícula infera, cotyledonibus crassiusculis induplicato-notorhizis.

✓ 35. *Cupania laevigata* Miq. — Seem. Fl. panam. — Capsula turbinata, apice retuso-triloba, glabra, stipite 2-3" longo crassiusculo, valvis dorso carinatis; semina badia, lucida, apice subtruncato cylindrico-obovata, basi arillo immersa.

✓ 36. *C. scrobiculata* Kth. — Syn. *C. guianensis* Miq. ex descr. — Capsula trigono-subglobosa, apice retuso-subtruncata et styli rudimento mucronata, matura glabra, stipite crasso 2" longo abruptim suffulta, valvis dorso obtusissimis; semina atra, lucida, obovato-globosa, arillo semimmersa.

✓ 37. *Cupania alba* Gr. ramulis cum petiolis et panicula albidis-pulverulentis, foliis trijugis, foliolis alternis (terminalium altero abortivo) elliptico-oblongis apice praemorso-subtruncatis basi cuneatis integerrimisque remote et grosse crenato-dentatis subcoriaceis supra glabris subtus argenteo-tomentosis, crenaturis rotundato-incurvis brevissime mucronulatis, venis primariis utrinque subduodenis, scrobiculis nullis, flore-, capsula cinereo-velutina trigono-subglobosa apice subtruncata stylique rudimento mucronata abruptim stipitata, valvis dorso obtusissime convexis, seminibus arillo basi immersis. — Affinis videtur *C. cineraria* Poepp., cui racemi glabri. Capsula stipitem crassum 2-3" longum parum superans; semina fusco-purpurea, subglobosa, radícula infera, cotyledonibus crassis.

Rutaceae.

✓ 38. *Zanthoxylum rigidum* Kth. — Affine *Z. clavata* herculis L. (*Z. caribaeo* Lam.), distinctum foliis subtus densius puberulis, cardipidis maturantibus 4-2 ad basin distinctis. — „Cedro espinoso.“ incol.

✓ 39. *Gomphia acuminata* DC. — Ic. DC. in Mém. Mus. 17. t. 25.

Hippocrateaceae.

✓ 40. *Hippocratea scandens* Jacq. — Ic. Jacq. amer. pict. t. 12. — Flores duplo majores, quam in *H. laevigata* Rich.; petala limbo panduriformi transversa zona pilorum notata. „Frutex erectus.“ Duch., quod descriptioni Jacquinianae non obstat, qui fruticem „demum“ lianiformem dicit.

Urticaceae.

✓ 41. *Leucococcus occidentalis* Liebm. (Danske Vidensk. Skr. 1851. p. 311.) — In characteribus emendandum est, quod rudimentum ovarii in flore masculo, a Liebm. negatum, conspiciendum extat subglobosum. Plures aliae notae, ut inflorescentia, perigonii foeminei structura, quibus Boehmeriam distinguebat, non sufficiunt: solum discrimen praebent utriculus albus, stylus deciduus et forsitan stipulae persistentes elongatae, quomobrem cum *Leucococco* coincidit Mar-

garococcus Wedd. (1854.) in Aap. sc. nat. (IV. I. p. 203.) optime descriptus.

✓ 42. *L. obliquus* Gr. — Syn. *Margarocarpus* Wedd. l. c.

✓ 43. *Dorstenia Contrajerva* L. — Ic. Plum. amer. t. 119.: nostra lobis folii rotundatis minus dentatis parum recedit.

✓ 44. *Urostigma proteusum* Gr. (grandifolium), ramis glabrisculis crassiusculis, foliis obovato-oblongis v. elliptico-oblongis (6":2") acumine brevi obtusiusculo terminatis basi acuta in petiolum (1" longum) breviter protensis integerrimis repando-undulatis subcoriaceis supra glabris laevibus subtus scabris ad venas puberulis glaucescentibus, venis subtus prominulis, primariis majoris 12-15 patentissimis juxta marginem arcuato-convulsis teacioribusque reticulatis, receptaculis axillaribus solitariis breviter pedicellatis globosis (4-5" diam.) cano-pubescentibus tuberculato-scabris involucre bilobo demum deciduo fultis, bracteolis umbilici minutissimis 3 exiguis erectiusculis demum evanidis. — Ex proxime affinis *U. crocatum* Miq. differt foliis basi rotundatis, receptaculo glabro; *U. leucostictum* Miq. et *M. paraense* ej. folii figura conforme, foliis et receptaculis glabris, *U. intramarginale* Liebm. et *U. lapathifolium* Liebm. (pube simili praedita) forma receptaculi et foliorum basi.

✓ Obs. *Urostigma* Liebm. (Seem. Fl. panam. t. 35.) folia variant latiora basi que rotundato-subcordata: recognoscitur foliis supra punctatis subtus epunctatis et imprimis mamilla depressa in apice receptaculi ejusque diam. 6". — *U. Oerstedianum* Miq. (Seem. l. c. t. 36.) proximum est *U. pertusum* Miq., sed pedicello receptaculum subaequante differt.

✓ 45. *Maclura xanthoxylon* Endl. — Ic. Plum. amer. t. 204. — Fl. bras. 12. t. 52. — Syn. *Morus Plumerii* Spreng.

Polygoneae.

✓ 46. *Campderia nematostachya* Gr. ramis junioribus striatis rhachique ineano-pubescentibus, ochreis discretis oblique truncatis petiolo triplo brevioribus, foliis elliptico-oblongis basi subcordato-rotundatis apice acutiusculis supra praeter costam rufo-pubescentem glabris, nervis venisque immersis, rugulosis, subtus prominulo-venosis rufo-puberulis in nervo venisque et petiolo rufescenti-tomentosis, venis secundariis transversis, racemis terminalibus subsolitariis gracilibus elongato-filiformibus folia plus duplo superantibus, bracteis minutis trifloris pedicello persistente multo brevioribus, floribus parvis pedicellam subaequantibus.

Species fructu ignoto generis nondum certa, sed ob similitudinem cum *C. gracili* Msn. inaequalem, a qua pube differt, huc relata: pube quoque recedit a *Coccol. guianensis* Msn., foliis latioribus a *C. acuminata* Kth. — Truncus ramis cinereis, internodiis fere pollicaribus. Folia (4-6":2-3") submembranacea, basi brevissime subcordata complicata, petiolo crassiusculo 6-8" longo, mediano subtus valde prominulo inferne petiolo aequicrasso, venis primariis superne arcuatis et arcu inframarginali connexis, perisque alternis 14-16, 8-9 mediis remotioribus crassioribus, ima parvula abbreviata, venis secundariis rectiusculis; ochreae laxius-

culac, membranaceae, prope basin foliigeræ, extus pilosæ. Racemi (gemma terminali hand explicata) ex summis ochreis oblique terminales, 1—2, pedales et ultra, flexuoso-erectiusculi, internodiis 2—4" longis ad basin fere florigeri, ubique rufescenti-pubescentes, bracteæ minutis ochreiformibus, pedicellis $1\frac{1}{2}$ " longis patentibus tenuibus cum flore articulis eoque caduco persistentibus. Floris structura fere ut in *C. gracili* (Fl. bras. 13, t. 6.), sed diam. minor, stamina calycem æquantia, pistillum brevius (vix fertile in nostris specimenibus, floribus plerisque caducis): calyx quinque-partitus, segmentis ovatis obtusiusculis imbricatis sub anthesi expansis; stamina 8, imo calyci inserta, filamentis erectis basi in anulum connexis, antherae loculis semidiscretis; ovarium oblongo-ellipticum, stigmatate trilobo.

Piperaceæ.

47. *Artanthe scabra* Miq.

48. *A. tuberculata* Miq. — Convenit cum specimenibus Goudot novogranatensibus. — "Guzano": "ex fructu cataplasmata ad larvas in ulceribus ortas interficiendas præparantur": Duch.

Terebinthaceæ.

49. *Bursera gummifera* L.

Chrysobalanææ.

50. *Hirtella mollicoma* Kth. — Convenit cum specimenibus. Goudot bogotensibus.

51. *H. americana* Aubl. — Ic. Aubl. t. 98. — Convenit cum specimenibus Spruceanis. — "Arbuscula, floribus purpureis" Duch.

Leguminosæ.

52. *Aeschynomene americana* L.

53. *A. ciliata* Vog. — Syn. *A. hispida* Benth. in pl. Sprucean! — *A. hispida* L. ex Amer. bor. sec. ic. Bart. t. 29. habitu plane eadem, sed annua dicitur: forsân planta tropica caule frutescente et foliis serrulato-ciliatis non satis distincta est, quod Benth. forsân sua schedula indicare voluit.

54. *Nicolsonia venustula* DC. — Syn. *N. radicans* Stend. — Fruticulus diffusus, pube rara adpressa adpersus, demum glabrusculus, foliis plerisque breviter obovatis v. oblongatis 6—4": 3—2", pedicellis bracteas duplo superantibus, leguminibus pube hamata hirtellis. — Miquel Nicolsonias Candolleanas sub nomine Desmodii barbati Benth. conjunxit: ex mea vero sententia plures species distingui possunt, ulteriori comparatione egentes, scilicet duæ panamensis (*N. barbata* DC. et *N. venustula* DC.) et *N. coerulescens* Gr. (Syn. *Hedyarum* Mey. Fl. Esseq.). *N. venustula* DC., quo pertinet *N. cayennensis* DC. ex Ic. in DC. Leg. t. 51.) Nostra *N. barbata* DC. caule robusto pube densa fulvo-sericea undique tecto foliosisque elliptico-lanceolatis recognoscitur et pedicellis bracteas æquantibus descriptioni Linnaeanæ respondet.

55. *Desmodium axillare* DC.

56. *D. spirale* DC.

57. *Neurocarpum argenteum* Walp. Decad. nr. 24!

— Corolla ex icône picta Duch. non sulfurea, verum ochroleuca et purpureo-striata, legumen generis.

58. *Dioclea guianensis* Benth. — Seem.! — Syn. *Dolichus comosus* Mey. Fl. esseq!., inde *Mucana* DC.

β. villosior Benth. — Seem.! — Syn. *D. panamensis* Walp. Decad. nr. 25! — Ex vexillo leviter bicaraloso specifice distingui nequit, quale etiam video in stirpe Meyeri (c. plane conformi et foliis supra glabris instructa): sed legumen formæ α. non exstat, quod dense pubescens in β., fimbriis petalinis deficientibus longinquius remota a *D. lasiocarpa* Mt., quam pr. S. Martham ad fl. Magdalen. quoque legit Gondot.

59. *Erythrina glauca* W. — Mey. Fl. esseq! — Syn. *Duchassaingia glauca* Walp. Decad. nr. 4!

60. *Phaseolus semierectus* L.

61. *Ecataphyllum Brownei* Pers.

62. *Machaerium affine* Benth. (exclus. syn. *Drepanoc. isadelphi* E. Mey.) — Syn. *Drepanocarpus microphyllus* E. Mey. et Seem. — Mach. violaceo-purpureum Walp! (Annal. 2. p. 437.) — Habitus *Drepanocarpus* retusi Spruce, sed sec. Benth. *Machaerium* est et ipse Duch., quum legumina videsset, speciem in notis ad Nissoliam retulit: "legumen pollicare, obtusum, glabrum". — *M. aculeatum* Radd., a Walp. cum nostro comparatum, legumina hirsuta recedit.

63. *M. armatum* Vog. — Syn. *Drepanocarpus isadelphus* E. Mey. ex descr. — Specimina nostra incompleta, habitu ad *Drep. v. c. D. aristulatum* Benth. in pl. Spruce. accedunt. "Stamina diadepha": Duch.

64. *Cassia bimarginata* Gr. (Chamaefistula) fruticosa, glabra, foliis bijugis ovato-lanceolatis acuminatis inaequilateris supra lucidis, glandulis oblongo-linearibus acutis inter utrumque par patentibus, stipulis semiellipticis falcatis cuspidatis subsistentibus, racemis axillaribus paniciformis folio brevioribus, legumine coriaceo elongato recto glabro fuscescente apiculato utrinque juxta rimam in marginulum tennem producto.

Flores parum a *C. viminea* L. diversa foliis angustioribus, stipulis latis (neque anguste linearibus) et inflorescentia pauperiori: fructifera plane distincta et *C. splendide* Vog. accedens. — Rami teretes v. superne angulosi, internodiis plerisque semipollicaribus foliosis. Folia petiolo juniori hispido, demum glabrato, infra foliola 8", intra juga 6—8" longa, foliolis ($1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ ": 8—10") penninerviis, margine subrevolutis, subtus pallidioribus, glandulis 1" fere longis, stipularum (3": 1") margine superiori rectilineo. Flores in racemum 7florum axillarem dispositi, majusculi (in ic. Duch.). Legumen maturum 6—8" longum, basi in stipitem brevissimum (3—4" longum) attenuatum, apice in rostrum pollicare subatenuatum (diam. 4—5"), marginibus prominulis 1" a rima distantibus, valvis convexis, transversim multiloculare, septis membranaceis horizontalibus; semina nitida, pulpa nigra inclus., compressuscula, semiovata, horizontalia.

65. *C. reticulata* W. — "Arbuscula": Duch.

66. *C. patellaria* DC.

67. *Bauhinia Paulletia* Pers. — Ic. Cav. ic. t. 410. — Syn. *B. parvifolia* Seem. — "Petala viridia": Duch.

68. *Schnella heterophylla* Benth. — Ic. Humb. Mimos. t. 46. — Convenit cum specimenibus novogranat. Goudotii. Flores majusculi, ex ic. Duch. ochroleuco-albidi.

69. *Entada chilantha* DC. — Syn. *Mimosa* Mey. Fl. Esseq! *Acacia* caudata DC. ex descr. — Proxima

E. polystachyae DC., ad quam Benthämio referenda videbatur, recedit: foliis majoribus (8—16": 3—6"), spicis in panicula ampla geminis elongatis.

70. *Prosopis horrida* Kth. — Ic. Humb. Mimos. t. 33. — Syn. *P. dulcis* Seem. Fl. panam. I — Differt a *P. dulci* Kth. (l. c. t. 34.): foliis majoribus (6": 2") et legumine minus turulosulo crassiusculo (diametris transversis 6": 3"). »*Arbuscula*, floribus albo-blavidis": Duch.

71. *Mimosa somnians* Humb. Bonpl. — Ic. Humb. Mimos. t. 7.

ß. glandulosa Gr. caule undique petiolisque inferne dense glanduliferis, pinnis 4—6jugis, legumine parcius glanduloso-hirto elongato, articulis subquadratis. — *M. podocarpa* Benth. parum differre videtur pinnis 5—10jugis et corolla obtusa.

72. *Schrankia leptocarpa* DC. — *Acoelis* leguminis utrinque submiseriatis a descriptione apud Benth. paullo recedit, sed diagnosi Candolleanae optime respondet.

73. *Pithecolobium panamense* Walp. Decad. nr. 8!

74. *Inga alba* W. ex descr. Sw. (non DC.) — Species a sect. *Pseudinga* a Benthämio non descripta, nisi latet sub *I. acuminata* ej., quae foliis basi cuneatis a nostra recedit. Foliola 3—4juga, coriacea, basi oblique rotundata, supra glabra, subtus ad nervos pubescentia, petiolo alato. Legumen suturis incrassatis planum (4": 1"), tomento brevi rufescente undique obductum: flores non exstant.

75. *I. Mucuna* Walp. (Ann. 2. p. 459.) Inserenda juxta *I. vulpinam* Mt., distincta glandulis sessilibus cupuliformibus, foliis 4jugis cuspidatis, calyce glabro corolla plus duplo superato semipollicari. — »*Arbor* excelsa, corolla alba, leguminis pulpa dulci": Duch. Corolla elongata, 20" longa, staminibus duplo superata. Legumen quod exstat, 5" longum, 1" latum, diam. transverso fere 4" complanatum, oblongum, basi subtruncatum, rufo-villosissimum, marginibus juxta suturam canaliculatam convexiusculis.

76. *I. eriocarpa* Benth. — Syn. *I. pauciflora* Walp. Decad. nr. 9: forma foliis trijugis. Legumen exstat maturum, cum descr. Benth. conveniens.

CONNARACEAE.

77. *Rourea frutescens* Aubl. — Ic. Aubl. t. 187. — Forma panamensis recedit a descr. Aubl. pube rufa (neque albida); folliculi incurvi, rufo-tomentosi; »semina nigra, arillo luteo": Duch. — Ins. Taboga pr. Panamam.

78. *Connarus panamensis* Gr. ramulis, paniculis calycibusque rufo-velutinis, foliis trifoliolatis foliolis (4—5": 1½—2") elliptico-oblongis v. lanceolato-oblongis apiculatis basi obtusiuscula leviter supra petioli apicem productis chartaceis glabris v. glabratissimis margine planis, venis primariis utrinque 6 subtus prominulis laxè reticulatis, petiolo petiolulisque crassiusculis, lateralibus subalternis, spicis in paniculam amplam laxam dispositis, petalis oblongis calyce sessilem duplo superantibus, staminibus inclusis, folliculo crasso subcompressio semiobovato laevi erostrato, apiculo brevissimo infraapicali, stipite crassiusculo calycem excedente.

Affinis *C. grandifolio* Pl., distinctus floribus sessi-

libus, foliolis angustioribus basi subpeltatis, venis minus numerosis (in illo utrinque exstant 10—12 primariæ). — »*Frutex* scandens; fructus croceus; semina nigra, nitida, arillo luteo": Duch.

MYRTACEAE.

79. *Psidium polycarpon* Lamb. — Seem. I — Ic. Linn. Transact. 11. t. 17. — Syn. *Psid. molle* Bertol. ex Ic. Bert. Fl. guat. t. 9. — »*Frutex* 1—3pedalis, floribus albis": Duch.

80. *Calycolpus Goetheanus* Brg. I — Syn. *Myrtus* Mt. sec. specim. surinamensis. — *Campomanesia glabra* Benth. — Seem. — »*Arbuscula*, floribus ruseis": Duch.

81. *Anlacocarpus crassifolius* Brg. — Ic. Sulph. t. 37. — Syn. *Campom.* Benth. — Panama in Cerro de Ancon: Duch. — »*Frutex* humilis, floribus purpureis, bacca lutea, magis quam in praecedente pulposa, pulpa lutea": Duch. Folia in nostra forma subsessilia.

82. *Eugenia latifolia* Aubl. — Ic. Aubl. t. 199.

83. *E. carthagenensis* Jacq. (a recentioribus supervisa). — Ic. Jacq. amer. pict. t. 260. f. 39.: folium. Affinis *E. baruensis* Jacq., distincta foliis majoribus 3—4" longis, corymbis axillaribus confertis, mediorum axi evoluto petiolum nunc duplo superante nunc aequante, bacca majori exacte globosa (3—4" diam.).

MELASTOMACEAE.

84. *Arthrostenma ladanoides* DC. — Ic. Bonpl. Rhex. t. 27.: habitu laxiori a nostra discrepat. — In muris circa urbem Panamam.

85. *Conostegia purpurea* Gr. fruticosa, ramis petiolis nervisque foliorum subtus pube pulvereo-furfuracea albidis, foliis basi rotundata ovatis argute denticulatis et ciliatis acutis longe petiolatis septemnerviis, pari medio a basi remoto, junioribus supra aureo-strigillosis, pilis flexuosis denum sparsis, subtus stellato-puberulis discolori-glauciscentibus, alabastris globosis glabris asperiusculis, operculo apiculato, petulis »purpureis". — Panama, in ripa fl. Chagres: Duch.

Ab affini *C. extinctoria* Don sec. ic. Bonpl. distincta folii serratis, acumine tenui deliciente, colore florum etc.; a *C. lasiopoda* Benth. foliis basi non angustatis, nervis pluribus, ramulis pube adpressa obductis nec setosis.

86. *Miconia prasina* DC. var. *denticulata* Gr. foliis brevioribus denticulatis v. antice repando-crenatis. — Syn. *M. trichotoma* DC. in Gr. pl. guad. Panama in m. Cerro de Ancon. — »*Arbuscula*, bacca atrocerulea" Duch.

88. *Clidemia plumosa* DC.

89. *Cl. ibaguensis* Gr. — Ic. Bonpl. Mel. t. 45. — Syn. *Melastoma* Bonpl.

90. *Cl. diversifolia* DC. — Ic. Bonpl. Mel. t. 59. — Syn. *Staphidium* Naud.: sed ob petala acuta vera *Clidemia* est. Proxima et parum distincta est *Cl. cyanocarpa* Benth.: a descriptione ejus nostra forma recedit calyce juniori setis orbato furfuraceo, baccifero glabro. — In ripa fl. Chagres pr. Gorgona: Duch.

91. *Henrietta succosa* DC. — Ic. Aubl. l. t. 162. »*Arbuscula* 10—20 pedalis": Duch.

LAURINAE.

92. *Persea cinnamomifolia* Kth.

93. *P. pyrifolia* Ns.

Onagrarieae.

94. *Jussiaea erecta* L.

Lythrarieae.

95. *Ammannia humilis* Mich.

Ucnerithaceae.

96. *Bryonia americana* Lam.

97. *Elaterium carthaginense* L. — Ic. Jacq. amer. pict. t. 232.

✓ 98. *Sicydium Schiedeannum* Schlecht. — Flores foeminei etiam nobis desunt: sed *Triceratium bryonioides* Rich. Fl. cub. (t. 44.) ejusdem generis videtur, quod si planta foeminea adhuc ignota confirmat, ex ovario uniovulato styloque triceruri ad *Sicyoideas* accensendum erit. Planta vero *Richardii*, non eadem species cum nostra videtur, foliis sublobatis et corymbis fertilibus hermaphroditis simplicibus verosimiliter recedens.

Begoniaceae.

99. *Begonia plebeja* Liebm.

100. *B. Ottonis* Walp. — *Cyma repetito-dichotoma*, qualem *B. carpinifoliae* Liebm. adscripsit auctor, a qua nostra differt ala capsulae altera maxima ascendente.

Passifloreae.

✓ 101. *Passiflora suberosa* L. β. *divaricata* Gr., foliis in segmenta lanceolata divergentia divisus. — Figura folii convenit lere cum *P. peltata* Cav. (Plum. descr. t. 85.), sed glandulis supra medium petiolum insertis differt foliisque quibusdam in *P. suberosam* transit.

✓ 102. *P. (Granadilla) Seemannii* Gr. glauco-albicans, glaberrima, foliis cordiformibus mucronatis serrulato-repandis, petiolo longiusculo apice biglanduloso, glandulis ligulatis, stipulis falcato-linearibus, pedicellis solitariis cirrhum elongatum subaequantibus petiolo longioribus, involucri foliolis ad medium connatis florem subaequantibus. — Syn. *P. incana* Seem. Fl. panam. ! (non Ker, ubi petioli medio biglandulosi). — Panama: Seem. — Affinis *P. nitidae* Kth.

103. *P. serratifolia* L. — Ic. Jacq. lt. vind. l. t. 10. Bot. mag. t. 651. — Differt a *P. Seemannii* involucri foliolis distinctis.

✓ 104. *P. stipulata* Aubl. — Ic. Aubl. t. 325. — „Involucri foliola extus virentia“, apice caudata, „interiora alba; corona alba; bacca magnitudine ovi gallini“. Duch.

✓ 105. *P. (Granadilla) divaricata* Gr. glabra, ramis elongatis flexuosis superne aphyllis et in racemum divaricatum abeuntibus, foliis semiorbiculatis integerrimis bilobo-truncatis trinerviis, subtus reticulato-venosis et ocellatis, lobis obsoletis medianoque mucronatis, petiolo brevi eglanduloso, pedunculo solitario ipsum 3–4plo superante cirrhum simplicem aequante patente, stipulis linearibus deciduis, involucri foliolis distinctis ovalibus obtusis flore violaceo duplo brevioribus, calycis segmentis 10, alternis plus duplo brevioribus. — Proxima videtur *P. pulchellae* Kth., quae sec. descr. differt bracteis acutis, flore albo et cui calyx inaequalis non adscribitur; foliis accedit ad *P. billoram* Lam.

✓ 106. *P. serrulata* Jacq. — Ic. Jacq. obs. 2. l. 46. f. 2. : folium. Descriptio sola glabritiae a nostra differt.

β. pubescens. — Species hac diagnosi illustratur.

P. (Granadilla) velutina, foliis ad medium trilobis basi subcordatis margine ubique serrulatis supra glabrioribus, subtus pilosiusculis eglandulosis, lobis ovatis acutis, medio productiori, petiolo lamium dimidiam aequante pedunculum solitarium superante velutino 2–4glanduloso, glandulis a basi distantibus, stipulis linearibus deciduis, involucri foliolis distinctis ovato-oblongis acutiusculis integerrimis dorso tomentoso-velutinis flore lateritio brevioribus, calycis segmentis 10 aequalibus oblongo-lanceolatis acuminatis elongatis (2"), bacca velutina globosa laevi (1" diam.) — Affinis *P. vitifoliae* Kth. quae sec. specim. Gondotii (ex regione Humb.) differt: serratis folii profundis (nec minutis aequalibusque), petiolo basi biglanduloso (glandulae inferiores nostrae a basi 4" distant, superiores nunc nullae, nunc alternantes), bracteis multo brevioribus glanduloso-serratis (quae in nostra 1" longae). — Flos sec. ic. Duch. pictam cum *P. vitifolia* Kth. et figura et colore convenire videtur.

Turneraceae.

107. *Piriqueta cistoides* Gr. in pl. carib.

Illiciaceae.

✓ 108. *Ilex humelioides* Kth. var. ramulis junioribus pedicellisque minutissime puberulis, foliis spatulato-lanceolatis (3" : 1 1/4") obtusiusculis basi in petiolum (2" longum) attenuatis glaberrimis integerrimis margine subrevolutis, umbellis subtrifloris brevissime stipitatis, raro aggregatis, pedicellis abbreviatis petiolum subaequantibus exarticulatis, petalis 4 distinctis calycem minutum duplo superantibus, bacca globosa (2" diam.) stigmatem minuto planiusculo 4–5radiato coronata. — Illicis humelioidis Kth. descriptio non differt a nostra forma nisi ramulis glabris et foliis minoribus (10–12" : 6–6 1/2"), sed etiam in nostris speciminibus folia minora quandoque occurrunt.

Araliaceae.

✓ *Sciadodendron* n. gen. Calyx limbo supra ovarium producto integro undulato. Petala—distincta. Stamina—, atheris incumbentibus. Ovarium inferum, subglobosum, 10–12 loculare, stylis totidem inferne cohaerentibus, superne divergentibus et radiatim expansis abbreviatis, ovulis in loculo solitariis pendulis. — Arbor, foliis ternatisectis, umbellis proliifero-compositis.

Genus ab *Aralia* ovario 10–12loculari distinctum.

✓ 109. *Sc. excelsum* Gr. foliis longe petiolatis bipinnato-ternatisectis glabris, segmentis petiolulatis ovatis abruptim acuminatis superne mucronato-serrulatis, serraturis adpressis, petiolo universali teretiusculo basi vaginante, umbellulis 15–40floris longe stipitatis, pedicellis pedunculisque bractea scariosa subrotunda basi sessilibus.

„Arbor excelsa“ Duch., inermis. Folia bipedalia, ramificationibus primariis ternis bipinnatisectis, segmentis tertiariis 3–5 (1" : 2 1/3"). Petala „alba“ : Duch. (quoad numerum cum staminibus ignota). „Fructus magnitudine pisi“ : Duch.

Loranthaceae.

110. *Loranthus alveolatus* Kth.

Rubiaceae.

111. *Contarea speciosa* Aubl. — Ic. Jacq. amer.

pict. t. 65. — Capsula basi breviter attenuata differentiam sistit a *C. Campanilla* DC., cui (sec. specim. Gondot.) capsula ovalis, magis compressiuscula, costulis filiformibus notata; praeterea in specie panamensi corolla extus glabriuscula, v. superne parum scabriuscula, in altera corollae pubes densa.

✓ 112. *Manettia cuspidata* Bert. — Seem. — Syn. *M. panamensis* Walp. Decad. nr. 18!

✓ 113. *Randia ovata* Duch. mscr. ramulis teretibus apice bispinosis, foliis obovato-ellipticis obtusiusculis basi cuneata in petiolum puberulum longiusculum attenuatis supra glabris subtus ad medianum venasque pubescentibus membranaceis, flore-, baccis in apice ramorum sessilibus solitariis ovoideis (1" longis) leproso-asperis, limbo calycino (niox evanido) quinquangulati. — Forsan in *R. monantham* Benth. recurri, sed ejus fructus ignotus est et numerus spinarum differt: forma foliorum et habitu nostra *R. armata* DC. accedit, sed petiolus longior (4–8'); semina fere 10, imbricata, in pulpa nidulanti, „lutea“.

✓ 114. *Petesia minor* Gr. foliis oppositis rhomboido-ellipticis basi acutis apice acuminatis supra sparsim stipulosis subtus ad venas pubescentibus, corymbis axillaribus stipitatis contractis paucifloris, limbi calycini segmentis ovatis obtusis reticulato-venosis patulis, corolla (4''' longa) extus pubescente 5-Globa calycem duplo superante, fructu —. Hanc stirpem amic. Seemann mecum communicavit, quam fortasse *Rondeletia* panamensi suae adscriptam voluit, cui revera persimilis est, quamquam propterervationem peculiarem ad *Petesiam* Bartl. pertinere videtur; praeterea *R. panamensi* DC. sunt flores majores, limbi calycini segmenta lanceolata, acuminata, corollae tubus densius extus villosus, lobi orbiculati, foliorum venae quartariae nullae: nostrae vero praeter calycem specificè distinctum corollae tubus cano-pubescent, lobi ovati obtusi, foliorum venae quartariae (scilicet venae tertiariae reticulatae aetrolaeque systemate proprio lineolarum transversarum dense appropinquato ubique connexae, unde folium apparet ubique lineolatum, quale video in omnibus *Petesii* Bartlingii). Et magis etiam accedit ad *Petesiam* grandem Bartl. (ad quam in herb. Gott. auctor optime reduxit Sommeram arborescentem Schlecht.!), distincta foliis floribusque minoribus et limbo calycino.

115. *Rondeletia panamensis* DC. — „Frutx erectus, floribus albis“: Duch. Capsula globosa, seminibus indefinitis fusiformibus.

116. *Hedyotis herbacea* L. — Ic. Rheed. ht. malab. 10. t. 35.

117. *Guettarda odorata* Lam. — Ic. Jacq. amer. pict. t. 259. f. 16.

Pittionotis n. gen. Calycis tubus oblongo-linearis, limbo breviter 4partito. Corolla hypocraterimorpha, tubo tenui limbum 4partitum subaequante. Stamina fauci corollae inserta, antheris exsertis linearibus. Stylus indivisus, stigmatē conoideo. Drupa, putamine biloculari, loculis monospermis. — Arborea v. frutescens, foliis oppositis, stipulis interpetiolaribus solitariis, inflorescentia axillari cymis scorpioides constituta, floribus secus ramos unilateraliter subsessilibus.

Genus *Guettarda* Sm., quae vero tribus cum *Psychotriis* confluit, Melanaeae affine, corollae tubo longiori habituque distinctum, accedens quoque ad *Chomeliam*, antheris exsertis et cyma *Guettardae* dignoscendum: nomen a similitudine cum *Tournefortia*.

✓ 118. *P. trichantha* Gr. „arborescens“, ramulis cum inflorescentia pilosis, foliis ovatis breviter acuminatis basi subacuta petiolatis subtus canescenti-pilosis venosis membranaceis, stipulis ovatis acuminatis petiolum subaequantibus cinereo-pilosis, corymbis stipitatis apice dichotomis folio parum brevioribus, floribus nudique pilosis, limbi calycini segmentis angustis acutis, corollae lobi oblongis obtusis.

Habitus omnino *Tournefortiae*, qualem Swartz vindicavit *Stenotomo tomentosum* ej., „antheris 5 infra faucem corollae“ distinguendo. Calycis tubus corollae tubo aequilongus, limbus brevissimus. Corollae lobi 4 valvares, tubum aequantes et antherae aequilongi. Stamina 4, filamentis brevibus, antheris viridibus. Ovarium biloculare, stylo antheris superato, stigmatē nudo. Drupa „rubra“: Duch., ellipsoidea (3–4''' longa); albumen corneum.

Altera generis species mexicana habituque plane conformis est *P. protracta* Gr. (Syn. *Guettarda* Bartl.), distincta stipulis glabris caducis et limbo calycino lobato, lobis rotundatis. Congener quoque videtur sec. diagnosis *Melanaeae erectae* Seem. (Fl. panam.), cui „truncus fruticosus, corolla extus glabra ejusque lobi ovati acuti.“

✓ 119. *Chiococca phaenostemon* Schlecht. — Seem. — Differt a *C. racemosa* Jacq. triplici characterē: stipulis breviter mucronatis, racemis compositis et antheris exsertis. — *C. brachiata* R. sec. specimin. Gondotiana ex Nova-Granada corolla magna *C. racemosa* cum hac convenit, recedit antheris inclusis et racemis densifloris.

✓ 120. *Chomelia tenuiflora* Benth. — Seem. — Syn. *Guettarda armata* Bartl. — Nostra a diagnosi Benth. paulo recedit cymis divisis plurifloris. Variat auctore Duch. spinosa et incrimis.

✓ 121. *Faramea suaveolens* Duch. msc., foliis elliptico-oblongis breviter acuminatis subsessilibus, stipulis ovatis obtusis deciduis, cymis terminalibus contracto-trifidis, pedunculis compressiusculis, bacca compresso-ovoidea laevi, limbo calycino eam coronante breviter cylindrico apice subulato truncato, semine ovoideo compressiusculo. — Est *Coussareae* species, quod genus ad *Farameam* reduxit Benth. „Frutx glaber“: Duch. Folia papyracea, glabra, arcumsvae (4–5'' : 2''). Cymae breviter stipitatae, parum divisa. „Corolla tenuis, pollicaris, quadrifida, alba, suaveolens, antheris inclusis“: Duch. Bacca 4''' : 3'', diam. altero vix 2''', calycis limbo 3/4'' longo, mesocarpio tenui, biloculari, loculo altero abortivo; semen (nondum maturum) embryone minuto in basi albuminis.

✓ 122. *Psychotria scabriuscula* Bartl. — Syn. *Ps. conferta* Benth. Seem.

✓ 123. *Ps. cuneifolia* DC. ex synon. *Ps. glabrata* Bartl. — Syn. *Ps. nicaraguensis* Benth. Seem.

124. *Diodia prostrata* Sw. var. *longiseta* DC. ex adumbr. ap. Oerst.

✓ 125. *Mitracarpum birtum* DC. α. et β. *glabrescens*, foliis cauleque glabrescentibus, floribus axillaribus 1—2. — Stamina exserta. Semina nigra, ventre sulco longitudinali simplici insculpta (plane et in α.); semina *M. schizangii* DC. sunt pallida et ventre sulcata.

126. *Machaonia acuminata* Bonpl. — Ic. Pl. équin. t. 29.

Synanthereae.

✓ 127. *Pectis Swartziana* Less. — Syn. *P. filipes* Steetz ap. Seem. (non Harv.) Differt a specie Harv. inprimis corollis disci subregulariter 5dentatis et foliis apice mucronatis: ex disco Pectidium esset, habitu confirmante, sed id genus haud servandum iudico.

128. *Erigeron leptorrhizos* DC.

✓ 129. *Elvira biflora* DC. — Syn. *Unxia digyna* Steetz ex ic. Seem. Fl. pan. t. 30. (descriptio cum nostra planta minus consona). — In muris urbis Panama: Duch.

130. *Clibadium asperum* DC.

✓ 131. *Melampodium paludosum* Kth. — Steetz ap. Seem. — Syn. *M. divaricatum* DC. — Steetz quidem utrumque distinguit, sed planta nostra panamensis plane convenit cum *M. divaricato* DC. in horto Gutt. culta.

Obs. *Tilesia capitata* Mey. Fl. esseq.! est synonyma *Wulffiae stenoglossae* DC.

✓ 132. *Titthonia heterophylla* Gr. fruticosa, scabro-pubescentibus, foliis supra scabriusculis subulter puberulis, inferioribus 3—5lobis basi longe cuneatis, superioribus integris ovato-lanceolatis in petiolum attenuatis cuspidato-acuminatis supra basin integerrimam serratis, pedunculis apice subincrassatis, involucri squamis appendice foliari exterioribus subulata reflexa, inferioribus brevi conformi auctis, ligulis elongatis spatulatis flavis, achenio pubescente, pappo coroniformi utrinque breviter aristato inter aristas denticulato. — Ins. Taboga pr. Panamam: Duch.

„Frutex erectus, 4—6 pedalis“: Duch. Folia alterna, inferiora (8“: 4“) longe petiolata, lobis erectiusculis oblongatis cuspidatis serratis ad mediam laminam fere fissis, superiora (3“: 1½“), omnia supra basin cuneata tripplinervia. Pedunculi axillares 6—8“ longi, apice parum incrassati, monocephali. Capitulum amplum (2“ diam.), involucri semigloboso (8“ diam.), squamis exterioribus longioribus, omnibus late ovatis dorso molliter pubescentibus. Radius sterilis, astylus. Paleae complicatae, oblongae, valide mucronatae. Achenia compresso-tetragona, angulis latioribus apice aristiferis, squamulis inter aristas contiguis duplo arista brevioribus.

133. *Bidens pilosus* L.

134. *Porophyllum ellipticum* Cass.

Campanulaceae.

135. *Sphenoclea Pongatium* DC.

Myrsineae.

136. *Myrsine Rapanca* RBr.

Sapotaeae.

137. *Lucuma mammosa* G. — Ic. Jacq. amer. pict.

t. 59.

Apocynaeae.

✓ 138. *Odontadenia speciosa* Benth. — A. DC. —

Syn. *Echites grandiflora* Mey. Fl. Esseq.! inde *Haemadictyon grandiflorum* A. DC. — Ins. Taboga pr. Panamam: Duch. — Genus ex seminibus „comatis“: Duch. (quae non foecundata *Benthamio nuda*) ad *Echiteas* transponendum est. Character *Benthamianus* Hook. Journ. 3. p. 242.) praeterea foliis sparsis discrepat: sed A. De Candolle folia opposita dixit neque ejus descriptio ullo modo a nostra planta differt; basis foliorum apud Benth. rotundata, apud A. DC. acuta v. obtusiuscula, in nostris basi acuta. — „Corolla lutea, intus 5 plicata; folliculi 1—2, sicci, ovati, laeves, seminibus comosis“: Duch.

✓ 139. *Prestonia ipomaeifolia* A. DC. — Syn. *P. tomentosa* Seem. (non A. DC.) ex loco et characteribus datis. — Addatur descriptio fructus (qui adhuc ignotus erat in genere): folliculi e basi ovata oblongo-lineares, apice obtusi, rufo-villosi; semina glabra, lanceolata-attenuata, coma terminali elongata breviora. *Prestonia* igitur seminis forma apice attenuata ab *Haemadictyo* recedere videtur.

✓ 140. *Echites paludosa* Vahl ex descr. Kth. — Ic. Vahl ic. t. 5. (mala: recedit corollae lobis brevibus et tubo in faucem sensim ampliata, vix rite delineata). — Syn. *E. concolor* Ham. sec. specim. haitiensis a Mackenzie lecta et cum panamensibus congrua. — Species *E. biflorae* Jacq. proxima, calyce nudo (§. 2. A. DC.) corollae figura et antheris superne barbatis conveniens, distinctissima: calycis segmentis oblongis obtusiusculis (3“ longis) et foliis angustis lanceolatis-oblongis (2“: 6—8“) cuspidatis (nec minute mucronatis). Corollae tubus angustus, 8“ longus, apice staminifer, fauce campanulata ad medium 5fida duplo brevior. Semina pollicaria.

✓ 141. *E. trifida* Jacq. — Seem. — Ic. Jacq. amer. pict. t. 31. — Corolla apud A. DC. purpurea dicitur, sed in nostra „albo-virens“: Duch., sicut in icone citata, ubi faux alba, limbo viridis tubus pallens et violaceo-tinctus.

✓ 142. *E. citrifolia* Kth. — Ins. Taboga pr. Panamam: Duch. — Pertinet ad §. 4 A. DC.: sphalmate quodam in Prodr. (S. p. 465) calyx corollae tubo 6plo brevior dicitur, quem dimidium aequat: quod enim Kunth de hoc characterē affert, de tubi segmentorumque calycis proportionem intelligendum est, segmentis calycis ejus tubum 6plo superantibus. — Calyx 6“ longus, squamis 5 integris transverse oblongis rotundatis tubum aequantibus, segmentis lanceolato-linearibus acuminatis; corollae tubus pollicaris, ochroleucus, cylindricus, limbi expansi segmenta obovata duplo fere superans, his homochrois, intus rubropictis. Folliculi bipedales, linari-attenuati, laeves, aequales, seminibus fusiformibus 4“ longis coma duplo superatis.

143. *E. lasiocarpa* A. DC. — Seem. — „Corolla bi-tripollicaris, extus lutea et parum purpurascens, intus flava et ad faucem purpurea“: Duch.

144. *E. peltata* Vell. — Ic. Fl. flum. 3. t. 32. — Species, hucusque e Brasilia meridionali nota, ad isthmu panamensem extensa: quare inquirendum, an *E. peltigera* Stadelm. bahiensis revera distincta sit, sed nostra rite ab A. DC. ad §. 4 relata fuit.

Asclepiadeae.

145. *Metastelma Schlechtendalii* Decs. — Parum recedit forma panamensis pedunculis folium subaequantibus (nec tantum petiolum), sed coronae fabrica plane respondet diagnosi auctoris.

Scrophulariaceae.

146. *Stemodia pusilla* Benth.

147. *Herpestis sessiliflora* Benth.

Bignoniaceae.

✓ 148. *Macfadyena corymbosa* Gr. — Syn. *Spathodea* DC. ex Ic. Vent. choix t. 40. — Seem. — Capsula matura valvis crassis lignosis extus asperiusculis cinereis (4—5": 1—1 1/4"); semina oblonga (1 1/2" 6—8"), utroque apice alata (alae diam. longitudinali fere 6"). „Corolla rosea": Duch.

✓ 149. *Tecoma aesculifolia* DC. — Capsula teres, tarde decidua: vera generis species est. T. Graycan Seem. ex descriptione nostram esse putare, nisi corolla extus glabra diceretur; nostrae corolla extus pubescens, intus barbata, „flava": Duch.

Acanthaceae.

✓ 150. *Dipteracanthus angustus* Gr. perennis, caule herbaceo inferne geniculato radicante ascendente quadrangulato glabro, foliis lineari-lanceolatis (3": 3") obtusiuscule acuminatis basi attenuata subsessilibus repando-integerrimis supra et subtus ad costas scabro-pilosiusculis, floribus axillaribus subsessilibus, bracteolis setaceis calyce plus duplo brevioribus, ejus segmentis 5 lineari-setaceis, corolla (5—6" longa) infundibuliformi calycem paullo superante a medio sensim ampliata, lobis brevibus obtusis, capsula unguiculari a medio 4sperma. — Proximus *D. parvifloro* Ns., bracteolis exiguis et corolla majori distinguendus.

✓ *Strobilacanthus* n. gen. Calyx 5 partitus, inaequalis, segmentis chartaceo-membranaceis, superiori et 2 inferioribus latioribus. Corolla hypocraterimorpha, tubo angusto elongato incurvo, limbo plano expanso inaequaliter fido hinc ad apicem tubi fere diviso, lobis ovato-rotundatis teneris. Stamina didynama, distincta, in medio tubo latentia, filamentis abbreviatis, antheris unilocularibus oblongo-linearibus cristato-ciliatis Stigma infundibulare, breviter bifidum, lobis acutis inaequalibus. Capsula oblongo-lanceolata, a basi fertilis, tetrasperma, dissepimento adnato biloculari, retinaculis uncinatis. Semina discoidea, squamis adpressis subfoliaceis ubique tecta. — Frutex panamensis, speciosus, caule tereti, foliis verticillatis, spicis axillaribus pedunculatis tetragonis, bracteis rigentibus quadrilariam imbricatis nervoso-striatis integerimis mucronato-aristatis bracteolisque 2 angustioribus calycem excedentibus.

Genus ex tribu Aphelandreorum, habitu Strobilorrhachi conforme, inter hanc et Crossandram collocandum, seminum fabrica peculiare: conflatur cum *C. Haenkeana*, quae secundum descriptionem forsitan altera generis species erit.

151. *Str. lepidospermus* Gr. fruticosus, glabrescens, foliis quaternis elliptico-lanceolatis petiolatis glabris, bracteis ellipticis dorso puberulis, corollae tubo angusto bracteam duplo superante tenuissime puberulo limbo duplo longiori.

Caulis internodiis 1-3pollicaribus, junior pulverulento-puberulus, mox glabrescens, fuscus. Folia inaequalia, majora 3": 1", obtusiuscule acuminata, in petiolum 8" longum cuneato-angustata, utrinque glaberrima, venis subtus arcte prominulis, utrinque 8-12. Spicae axillares (alterisque axillis ramulum foliatum emittentes subsolitariae), pedunculum subaequantibus (2 1/2—3" longae, itaque folium excedentes), erecto-patentes. Bractee 4-8" longae, arista 1" longa terminatae, concavae, dorso dense puberulae, glabrescentes, 5-7nerviae, nervis dorso prominulis nec reticulatis; bracteolae lineares 2, ejusdem texturae et longitudinis. Calycis segmenta majora 4" longa, ovata, inferiora mucronato-acuta, margine membranacea, puberula, ciliolata; minora 3" longa, lanceolata, acuminata. Corolla (sicca flava), tubo 12-14" longo e basi paullo dilatato filiformi abruptum in limbum expansum abeunte, medio staminifero, limbi (1" diam.) lobis partim ad medium, partim fere ad apicem connexis. Antherae 4 angustae, vix 1" longae, margine eximie ciliosae, dorso glabrae. Stylus filiformis inclusus. Capsula 5" longa; semina helvola, ovali-articulata, 2" longa, complanata, squamis subquadratis seriatis majusculis apice truncato fissis-ciliosis fimbriisque brevissimis inter squamas testae adfixis.

Convolvulaceae.

152. *Pharbitis hispida* Choisy.

✓ 153. *Ipomaea hirtiflora* Mart Galeott. — Syn. *J. Perryana* Walp. Decad. nr. 151 (Linnaea, 23. p. 751. — *Jacquemontia lactescens* Seem. Fl. panam. p. 171 ex descr.: sed ex stigmatibus biglobosis potius *Ipomaea* est. — „Corolla alba; semina glabra": Duch.

✓ 154. *J. Morelii* Walp. Decad. nr. 161! — Semina trigono-globosa, tomentosa. Proxima *J. umbellatae* Mey., distincta corolla bi-tripollicaribus, rosea (nec flava) et seminibus breviter ubique tomentosis (nec margine fimbriatis).

✓ 155. *J. digitata* L. — Ic. Plun. amer. t. 92. f. 1. — Capsula bilocularis (contra Poir.); semina semiovoidea, atrofusca, laevia, dorso et ventre glabra, margine lana longissima gossypina cincta. — *Ip. platensis* Lindl. (Bot. reg. t. 333. et Bot. mag. t. 3685.) recedit corollae limbo lobato, lobis emarginatis, ceterum simillima est, vix distincta.

Boraginaceae.

✓ 156. *Cordia macrophylla* Mill. α. et

β. Muneco, foliis obtusiusculis supra scabrioribus strigillosis. — Syn. *C. Muneco* Kth.

157. *C. riparia* Kth. — Ic. Kth. n. gen. 3. t. 207. — Petioli geniculati nec non spicae demum interruptae aequae ut in *C. ferruginea* R. S., a qua nostra recedit corolla calycem duplo superante et foliis siccitate supra nigricantibus.

158. *C. ferruginea* R. S.

✓ 159. *C. obliqua* Kth. (non W.) — Syn. *C. peruviana* β. mexicana DC. et Seem.

✓ 160. *C. ulmifolia* Juss. — Ic. Jacq. ht. Schoenbr. l. t. 39. — Syn. *C. microcephala* Seem.

✓ 161. *C. globosa* Kth. — Ic. Sl. t. 194. f. 3. — Syn. *C. bullata* DC. et Varronia L. herb. (non L. sp.), ejus synonyma ex citato ic. Jacq. est *C. mirabiliflora* A. DC.).

— Folia in nostra forma ovata acuta, sicut in icone Sloanii.

Labiatae.

✓ 162. *Hyptis recurvata* Poit. in Ann. Mus. 7. t. 28. f. 2. — Bracteis setaceis cum figura citata conformis: diagnosis apud Benth. bracteis subulatis recedit.

Alismaceae.

✓ 163. *Echinodorus muricatus* Gr. caule anguloso hinc inde muricato verticillatim paniculato, foliis cordato-rotundatis 15–17 nerviis subtus scabriusculis, venis transversis approximatis stylo abbreviato persistente recto quadruplo longioribus margine integro tenui subulatis latere 1–paucistriatis inermibus. — Panama in aquis tranquillis: Duch. — *E. cordifolius* (Alisma L.) differt a nostro: caule pentagono, foliis 7–9 nerviis, cardidiis latere multistriatis et stylo elongato: sepalis nervosis convenit.

✓ 164. *Limncharis Laforestii* Duch. mscr., foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis 7–9 nerviis. — Panama: Duch. — Fructu seminibus convenit cum *L. Plumieri*, sed folia lamina 1": 4–6". Stamina „exteriora dilatata“: Duch.

Aroideae.

165. *Arisaema brasilianum* Bl.

166. *A. Dracontium* Schott.

167. *Xanthosoma sagittifolium* Schott.

168. *Caladium arborescens* Vent. sec. Duch. in notis.

✓ 169. *Monstera Adansonii* Schott. sec. Duch. in notis.

Gramineae.

170. *Eragrostis poaeoides* P.B.

171. *Muhlenbergia tenella* Tr.

✓ 172. *Leptochloa mucronata* Kth. — Syn. *L. pellucida* Steud.!: forma vaginis glabris.

✓ 173. *Digitaria setosa* Desv. — Syn. *Panicum Hamiltonii* Kth.

✓ 174. *Panicum pilosum* Sw. — Ic. Trin. ic. t. 213; a qua forma nostra recedit pilis axois copiosis longis. — Syn. *P. pilisparsum* Kappf. pl. surin nr. 1621!

✓ 175. *P. brevifolium* L. β. filamentosum Pers. — Schlecht. (Linnaea 6. p. 34). — Syn. *P. guayaquilense* Steud.: status juvenilis, inde spiculis minoribus. Non differt a forma α. ead. quam pertinent *P. trichoides* Sw. et *P. trichopiptum* Steud.!) nisi vaginis pilosis et paniculae ramis strictioribus.

176. *Setaria glauca* P.B.

Cyperaceae.

✓ 177. *Cyperus filifolius* Sw. — Kth. — Spiculae fuscae, 6–7 flurae, rhacheola excavato-alata. Achenia oblongo-lanceolata, squama paullo breviora.

✓ 178. *C. flexuosus* Vahl. — Proximus *C. odorato* L., distinctus spiculis duplo brevioribus 3–4 floris et achenio squama $\frac{1}{2}$ breviori (in illo duplo), eodemque achenii caractere differt a *C. venusto* R. Br. Rhacheola excavato-alata cum praecedente sectioni *Diclidii* adscribendus est.

✓ 179. *Kyllingia caespitosa* Ns. — Differt a *K. pumila* Mich. et *K. odorata* Vahl (Syn. *K. tripicite* Rottb.

ex Sl. t. 78. f. 2): radice fibrosa, squamis carinae hispidulis, inferiori 5 nervi.

180. *Scirpus annuus* All.

✓ 181. *Rhynchospora ciliata* (*Dichromena* Vahl).

Smilacaceae.

182. *Dasylium graminifolium* Zucc. — Ic. Act. monac. 3. t. 1. fig. sin.

✓ 183. *Smilax officinalis* Kth. Seem. (non Gr.). — Syn. *Sm. papyracea* Dub., Gr. in Fl. brasil. 5. t. 1. Sm. globifera Mey. Fl. esseq.! Sm. medica Schlecht. sec. Seem. — Petiolus infra medium cirrifer et baccae rubrae hanc speciem inter *Pharmacosmilaxes* designant: cirrhis medio petiolo insertis differt Sm. Schomburgkiana Kth. (sec. specim. panamensis).

Dioscoreae.

184. *Dioscorea cayennensis* Lam.

✓ 185. *D. remotiflora* Kth. — Syn. *Helmia Ebrenbergiana* Kth. ex descr. (genere tamen Kunthiano non admittendo). — Pertinet ad sect. *Epistemon*: stamina 6, filamentis elongatis fauci insertis, antheris abbreviatis introrsis, perigonio infundibulare dimidium superantia, rudimento styli duplo longiora.

Irideae.

186. *Cipura paludosa* Aubl. — Ic. Aubl. t. 13.

Bromeliaceae.

✓ 187. *Tillandsia aloifolia* Hook. — Ic. Jacq. amer. t. 93. — Syn. *T. tenuifolia* Jacq. — Affinis *T. flexuosae* Sw., quae foliis recurvis (nec spiralter tortis) angustioribus e basi sensim attenuatis recedit a nostra.

Scitamineae.

✓ 188. *Phrynium excarpum* Poepp. Endl. — Ic. Poepp. Endl. 2. t. 125. Bot. reg. t. 932. — Syn. *Calathea flavescens* Lindl. — In sylvis humidis isthmi panamensis: Duch. — „Planta pedalis, floribus luteis, fractu 3loculari, loculis 1–3spermis, seminibus ovatis transversim striatis“: Duch.

✓ 189. *Calathea Cassupito* Mey. — Ic. Jacq. fragm. t. 64. f. 3.: inflorescentia. — Syn. *Maranta* Jacq.

✓ 190. *C. villosa* Lindl. — Ic. Bot. reg. 31. t. 14. — *C. Parkeri* Poepp. Endl. (2. p. 22.) ex descriptione forsitan eadem et prius edita, inaprimis foliis inaequaliter (eximio caractere) conveniens.

191. *Canna indica* L.

Orchideae.

192. *Cleistes rosea* Lindl.

Lycopodiaceae.

✓ 193. *Selaginella cirrhipedoides* Gr. (Articulata) caule procumbente pleurotropo supra sulcato remote articulo stipite, radiculis anticis elongatis filiformibus, ramis continuis divisis, foliis remotiusculis cathedris, majoribus oblique affixis oblongo-lanceolatis obtusiusculis exauriculatis serrulato-denticulatis basi superiori dilatata longe fimbriatis superne carinatis, stipularibus duplo minoribus falcato-lanceolatis acuminatis serrulatis convergentibus. — Proxima *S. cirrhipedi* Sprg., quae foliis integerrimis acuminatis recedit.

Filices.

- ✓ 194. *Lygodium mexicanum* Prl. var. *pubescens*. — *Proximum* L. polymorpho Kth., sed pinnæ basi non articulatæ, sæpe subdecurrentes.
- ✓ 195. *Aneimia pilosa* Mart. Gal. var. *glabrescens*. — Ic. Mém. Brux. t. 5. f. 1. — *Stipes cum rhachi glaber*.
196. *A. oblongifolia* Sw. — Ic. Schk. t. 141. med.
197. *Adiantum obtusum* Desv. — Ic. Hook. Grv. t. 188.
- ✓ 198. *Blechnum caudatum* Cav. — Simile B. occidentali var. *cartilagineo* Schk., sed differt pinnis linearibus basi hastato-auriculatis, itaque accedit ad B. auriculatum Cav. (stipite paleaceo distinctum.)
- ✓ 199. *Meniscium serratum* Cav. — *Proximum* M. patustri Radd. et Kz., differt pinnis latioribus et imprimis serraturis uncinato-inflexis.
200. *Polypodium gladiatum* Kz.
201. *P. crenatum* Sw. — Ic. Plum. t. 111.
- ✓ 202. *Aspidium neglectum* Gr. — Ic. Schk. t. 32. b. — Syn. A. exaltatum Schk. *Nephrolepis neglecta* Kz. — *Folia subtus puberula*.
203. *A. acuminatum* W. — Affine A. punctulato Sw., stipite nitido dense paleaceo distinguendum.
204. *Trichomanes pinnatum* Hedw. — Kz. in Berl. bot. Zeit. 5. p. 351.

Daniel Müller.

D. Müller wurde in Stralsund am 7. Juni 1812 geboren. Der Vater war ein fleissiger Handelsgärtner, genoss die allgemeinste Achtung und lebte in günstigen Verhältnissen. Während M. noch das Gymnasium in seiner Vaterstadt besuchte, begannen die Blumen und die Beschäftigung mit denselben eine so überwiegende Gewalt über das Gemüth unseres Freundes auszuüben, dass er sich nach zurückgelegtem 17. Lebensjahr entschloss, die Gärtnerei bei dem Vater zu erlernen. In dieser Periode entwickelte sich in Müller eine poetische Anlage, die er in den Mussestunden mit vielem Glücke cultivirte und die auf seine ästhetische Richtung auch im späteren Leben einen heilsamen Einfluss äusserte. Der Umgang mit einem Kreis von edlen, gleichgestimmten Seelen, unter denen wir nur Carl Lappe, Tägert und Kühn nennen, wirkte auf Müller's Gemüthsbildung in dieser Entwicklungsepoche entschieden wohlthätig ein. In der Sammlung von Gedichten, welche M. im Verein mit seiner Gattin — Louise Nernst — in Stockholm im Jahre 1844 für den Kreis seiner Freunde herausgab, befinden sich meh-

rere, welche diesem freundschaftlichen Verkehr ihren Ursprung verdanken.")

Hatte M. nun auch die Elemente der Gärtnerei inne, so genügte der enge Wirkungskreis des Vaters dem Jüngling doch nicht, vielmehr suchte er innere Befriedigung darin, noch einmal als Lehrling in dem botanischen Garten der Universität Greifswald — der damals in der Person des verstorbenen Langguth einen ausgezeichnet praktischen Vertreter hatte — Aufnahme zu finden. Bei M.'s tüchtigen Vorkenntnissen konnte es nicht fehlen, dass er hier sehr bald zum ersten Gehülfen avancirte, so dass ihm der Director des Gartens, Professor Hornschuch, nach Langguth's Tode, eine längere Zeit hindurch die selbständige Verwaltung des Gartens übertrug. Vom Jahre 1836 bis zum Frühling 1838 hörte M. die Vorlesungen über Naturgeschichte und Botanik an der Universität. Diese Periode führte uns inniger zusammen. Wir bearbeiteten wöchentlich gegenseitige Fragen, die M. für mich und die ich für ihn stellte. Diese Arbeiten kamen entweder hier oder in Greifswald vor einem Kreis von Freunden zur kritischen Erörterung und gedanke ich noch oft und gern dieser frischen Zeit um so mehr, als sie nicht ohne Einfluss auf unsern beiderseitigen Lebensplan geblieben. M. hatte sich auf Hornschuch's Anregung besonders gründlich mit der Morphologie beschäftigt, weil sie ihm für das Verständniss der Pflanzen-Cultur als eine nicht zu entbehrende Grundlage erschien, indem es sich in derselben um nichts Geringeres handelt, als um die Erkenntniss und Darlegung der aus den innerlichen Bildungsthätigkeiten hervorgehenden äusseren Gestaltungen der Pflanzen. M. erforschte die Entwicklungsgesetze, welche der Mannigfaltigkeit der Formbildungen zu Grunde liegen und fasste die Besonderheiten auf Grund dieser Gesetze unter allgemeinen Gesichtspunkten in Bildungstypen zusammen und stellte die ihm bekannten Gewächse unter der Idee eines alle Möglichkeiten der Pflanzengestaltung erschöpfenden, in sich vollendeten Ganzen dem erkennenden Geiste in der wissenschaftlichen Form eines natürlichen Systems des Pflanzenreiches

*) S. Gedichte von Daniel Müller und seiner Frau Louise Müller, geb. Nernst. Stockholm. bei P. A. Norstedt & Söhne.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Bonplandia - Zeitschrift für die gesamte Botanik](#)

Jahr/Year: 1858

Band/Volume: [6](#)

Autor(en)/Author(s): Grisebach August Rudolph Heinrich

Artikel/Article: [Novitiae Florae panamensis 2-12](#)